nendo silentium salvis aliis Conditionibus in eodem contractu specificatis pro utraque parte pleno in Robore reservatis.

Bilski C. Ustrzycki Notario Loci praesens Cedit.

95

Coram Generoso Nicolao Brzoski in locum infrascripti Generosi Ricardi de Uniżow Ustrzycki Notarii loci praesentis subdelegato munus hoc subdelegationis in se bone quae sua gratis omnia ultro libere et benevole conferente Officioque et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus comparens personaliter Generosus Adamus Bilski sanus mente et corpore exemptus a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens praesentique Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quo ad Actum hunc attinet se cum successoribus ac Bonis suis quibusvis omnino totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac expresse Recognovit. Quia ipse suo et Generosae Sophiae Lanczanka Consortis suae Curis pro cuius Ratihabitione cavet ac se sequentibus inscribit nominibus de omni et integro Jure suo infrascripto videlicet de summa Duorum Millium et Quingentorum florenorum polonicalium Recognoscenti et Suprascriptae Generosae Consorti suae per Generosos Michaelem Paulum de Strusÿ Strus Poculatorem Terrae Vielunensis et Helenam de Niedzielsko Coniuges Legitimos coram Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Feria Tertia post Dominicam Misericordias proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono praemeruit inscripta ad solvendum super Certis sortibus et subditis in Bonis Villae Bzÿszki in Terra et Districtu praesenti Castrensi Premisliensi consistentibus modo obligatorio ad solvendum assecuratis necnon de eadem ipsa Inscriptione Castrensi Capitaneali Premisliensi Obligatoria specificatis cum parata eorundem Bonorum Intromissione Inquisitione Evictione pacificaque in successivis de Recognoscentem continuata Possessione necnon de Interesse certa inter se Recognoscentem

et Gratan

et praefatam consortem suam ab una atque supradictos Generosos Strusz conjuges ratione praefatorum bonorum de Actu et data illius die Praemisliae die septima Maij Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono praesentis confecti et consignati Manibus ab utrinque subscripti Actisque Officij praesentis cum Interpositione Vadij Duorum Millium florenorum polonicalium roborati Ipsaque Inscriptione Roboratoria Castrensis Capitanealis Praemisliensis cum omni praemissorum Iure Dominio proprietate competentiaque et Praerogativa quavis omnibusque et singulis summa et bonorum summa eadem Oneratorum Utilitatibus, Fructibus, Proventibus Redditibus, Commodis Emolumentis Obventionibus Inscriptionisque praefatae Obligatoriae atque Interdatae eiusque Roborationis conditionibus Punctis Clausulis Articulis Vadijs, Ligamentisque ac Nexibus in universum omnibus Attinentijsque et pertinentijs quibus universis. Nihil ex praemissis Iuris Dominij proprietatis ac cuiusvis competentiae et Praerogativae pro se Recognoscente suisque Successoribus aut alio quopiam reservando seu excipiendo verum prout hoc idem praesens Ius cessum praemissorum omnium et singulorum se Recognoscentem concernebant ac sibi legitime serviebant et prout eadem Bona Summa praefata onerata tenuit habuit et possidebat Iam ex nunc et de facto Generoso Nicolao de Unisow Ustrzycki Notario Castrensi Premisliensi eiusque Posteris accepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione cessit et condescendit prout cedit et condescendit praesentibus Omneque et Integrum Ius suum sibi ad praemissa serviens in Personam eiusdem Generosi Nicolai de Unisow Ustrzycki Notarij Loci praesentis et eius Posterorum totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit.

ravit prout transfert transfundit et Incorporat praesentibus
iamq exnunc et defacto Idem Recognoscens Gnosus Bilski in
Loci sui Ius cessum summam ac bona summa praefata Onerata prae-
missaq omnia praesentis abscessa Coram praesenti Officio eidem Gnoso
Ostrzycki Notario loci praesentis Cessionario suo et eius Successoribus
dat et admittit realem Intromissionem et actualem Pacificamq Pos-
sessionem per Ministerialem quemcunq Competentem et Nobi-
les duos die quacunque voluerit Officiose acceptanq. Per ipsu
Gnosum Nicolaum de Unikow Ostrzycki Notarium loci praesentis Ces-
sionarium suum et eius Posteros Loci idem praesens Ius cessum
praemissorum omnium et singulorum cum universis eorundem
utilitatibus et Emolumentis Competentiaq et Praerogativa quavis
tenendi habendi et possidendi illisq quiete et pacifice utifruen-
di ac ad suos suorumq successorum quosvis beneplaci-
tos usus fructus libere et affectualiter Convertendi prae-
fati Iuris originalis ea omnia Latius in se Complectentis prae-
sentisq cessi et transfusi vigore, Debebitq tenebitur Memoratus
Recognoscens Gnosus Bilski prout se ac suos Successores, In et super bo-
nis suis quibuscunq omnibus summisq pecuniariis quibusvis habitis et
habendis praefato Gnoso Nicolao de Unikow Ostrzycki Notario
loci praesentis Cessionario suo et eius Successoribus inscribit et
obligat praesentibus ipsum et eius Successores in dicto Iure cesso to-
to summa ac bonis summa eadem oneratis praemissisq omnibus praesentibus
abscessis et ratione eorundem ab omni et quavis Impetitione Iuridica
quarumcunq Personarum, Cuiuscunq Conditionis, Status et Se-
xus cuiusvis existentium ad re pro ona et Occasione sui Recogno-
scentis et praefati sui Consortis ac suorum Successorum Iu-
risq praesentis Cessi tantummodo et non ultra exoriundis
In omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus
fuerit tueri defendere evincere Intercedere et eliberare,

Indemn

Indemnemq́ cum Posteris reddere Necnon Hoc idem Jus pręsens Cessum pręmissorum omnium et singulorum ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super hoc idem Jus Cessum pręsens pręmissorum omnium et singulorum modo quocunque factis et faciendis tum etiam a quibusvis Citationibus, super pręmissa omnia pręsentibus abcessa et transfusa, modo quovis itidem ex re persona et Occasione sui Recognoscentis pręfatęque suę Consortis ac suorum Successorum, Tantummodo et non ultra, Importatis et importandis Literis denique et Perlucris Processibusque Juris quibusvis, In quocunque Puncto et gradu Juris dependentes ac in quovis Judicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super pręmissis omnibus pręsentibus transfusis et abcessis, modo quovis itidem ex re persona et Occasione sui Recognoscentis pręfatęque suę Consortis ac suorum Successorum tantummodo et non ultra perductis et perducendis emundare et liberare, mundaque et libera pręmissa omnia pręsens transfusa et abcessa semper facere ac etiam Intromissionem pręfatam Certam pręsens Officio admissam, in fundo Bonorum pręfatorum summa illata oneratorum pręsentibus abcessorum, dum per Ministerialem et Nobiles Officiose requiretur, non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem Possessionem et usumfructum pręmissorum omnium et singulorum pręsentibus abcessorum modo quovis tam per se quam per suos quasvis submissas et subordinatas Personas non prępedire nec adimere pręfatumque Cessionarium suum et eius Successores in pręmissis omnibus pręsens abcessis et transfusis, nullo modo iniuriari ita ut Hoc idem Jus pręsens Cessum pręmissorum omnium et singulorum pręsentibus abcessorum. Cum universis eorum utilitatibus et usufructibus Commodisque et Emolumentis quiete et pacifice tenere habere et possidere queat illisque Uti, frui possit. Atque sub Vadio similis

Summę

Summae Duorum Millium et Quingentorum florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem Gnosum Bilski sive eius Posteros Magnifico Gnoso Nicolao de Unikow Usrzycki Notario loci praesentis Cessionario suo vel eius Successoribus ob non Completionem praemissorum omnium et singulorum, tam in toto, quam in quavis Minima parte toties, quoties opus fuerit ad Solvendum Succumbendi. Nihilominus idem supraspecificatus Recognoscens Gnosus Bilski Debet et tenebitur prout se ac suos Successores Iure et super Bonis suis generaliter omnibus Summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis praefato Gnoso Nicolao Usrzycki Notario loci praesentis et eius Posteris inscribit et obligat praesens praefatam Gnosam Sophiam Glinczanka Consortem suam legitimam vel in Eventu Mortis Successores illius ad approbandum per ipsos Inscriptionem praesentem Cessionariam vel similem, suo interesse faciendum ad Acta quaevis autentica Regni vim perpetuitatis habentia intra decursum duodecim Septimanarum cum personali sui assistentia praeter statuere et adducere, ab eaque vel illius Successoribus ut praemissa debite Exequantur efficere, Idque sub alio simili et seorsivo Vadio Duorum Millium et Quingentorum florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem vel eius posteros Magnifico Gnoso Usrzycki Notario loci praesentis Cessionario suo et ipsius Successoribus ob non Statuitionem praefatae Gnosae Glinczanka Consortis suae legitimae vel in Eventu Mortis Successorum illius ad Solvendum Succumbendi. Pro quibus quidem Vadio vel Vadiis modo praemisso ad Solvendum succubitis ac re aliqua prius ex praemissis non Completa Complenda citatus eorumque Magnificus Recognoscens Gnosus Bilski vel eius Posteri. Ad Instantiam Supraspecificati Gnosi Nicolai de Unikow Usrzycki Notarii loci praesentis vel ipsius Successorum Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc vel aliud supra scriptum # Semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio Stare Iuri parere, respondere Vadium vel Vadia praefata Luere Inscriptioni praesenti satisfacere.

\# quovis respondendum [illegible]

ac omne

ac omne Judicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos Succes-
sores, ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus Illum Primu
primum peremptorium uti et alios omnes exinde Consequentes Cau-
sae eiusdem Terminos Semper peremptorios Vera Infirmitate prosma-
ioni Minorennitate Successorum Legatione intra vel ultra Regni
Servitio Militari ad Munimenta ad Quictorem vel aliis quibusvis Di-
lationibus et Legalibus impedimentis non differendo ad quietatio-
nem ultra proximos Officii praesentis Castrensis Pre-
misliensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo
nullasque Motiones Appellationes, ac earum Prosecu-
tiones faciendo praemissa omnia Poenis simplicibus
vel triplicatis, Evasionis Suspensis fatalis Juris prae-
scriptione. Terrestri Belli Conventioneque ac aliis qui-
busvis Juris remediis et defensis non subterfugiendo
Nec alio quovis modo evadendo. Hac sua praesenti
personali Recognitione ad praemissa oia et singula mediante.

Bzowski liberis suis Summam Z 400 florenis polonis inscribit:

15

Comparens personaliter Coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Ca-
pitaneal Premisliensis Gnosus Nicolaus Bzowski Sanus mente et Cor-
pore ex Terris a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibus-
vis propriis et Competentibus recedendo praesenti vo Castrensi Capitaneali Premisl
Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis
generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque Subiciendo Palam
libere publice ac per expressum Recognovit. Quia ipse
Gnosis Martino Andreae Helenae et Constantiae Filiis et filiabus
suis cum olim Gnosa Sophia Glinczanka Gnosi Joannis Glinka
Venatoris Terrae Haliciensis cum olim Gnosa Barbara Wilczynska

procreatis